MONUMENTA
GERMANIAE

Nabriscler, Merenutal et Camdinum et eciam Sandanionem, qui fuit Gergianus et diu circa Tripolim dominium civiliter tenuit. Carasanchor quoque Christianus fuit dives valde et potens qui dominabatur in contrata Anthyochie, et Semi qui fratrem soldani interfecerat. Seraph per dictum soldanum Eufratem transire et cum thesauris suis ad Tartaros fugere coactus est. Et induxit Carpendam, ut contra II castra soldani super Eufraten sita veniret. MCCCXIII quorum unum vocatur Clerachenbe, alterum Elgeris. Sunt autem ipsa castra in confinio Tartarorum ultra Eufraten. Promisit enim Carasanchor de castellanis et habitatoribus castrorum confidens quod cito et leviter Tartaris traderetur. Sed mutatis castellanis ac ceteris per soldanum promissum implere non potuit et fuisse dicuntur in illo exercitu ultra m[m] bestiarum cabalniarum. Post mensem autem obsidionis populus defectum herbatici, et quia morbus vulgariter dictus pedana equos invaserat, quia eciam soldanus cum magno exercitu in Damasco venerat, habita deliberacione Carpendas ad deducendum estivum tempus ad contractam Baldaricasen transiit misitque ad fratrem suum Henregi, qui sua concessione in Turchia commorabatur, venietatque eius usum contra soldanum, ut rediret et ipse. MCCCX in festo assumpcionis Hospitalarii ceperunt civitatem Rodi, caput tocius insule. MCCCXIIII in kl. Marcii forte per duas horas ante aurora impressio hic depicta apparuit in aere sicut ipse vidi. Et apparuerunt III lune cruce signate. Eademque impressio in orto solis apparuit circa ipsum.

13 leere Zeilen, dann

Explicit liber per manus illius qui bene bibit etc.

ꝯ̃ c̃

fug'q rūt = Vielleicht fugere lune?